



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 129. Ordo mulierum pœnitentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A.C. 1494.

§. CXXIX.

Ordo mulierum pænitentium.

Spond. l. cit. **n. 13** **Genebrard.** **in Chronic.** **Hoc eodem anno Ordo Pænitentium mulierum in honorem Beatæ Mariæ Magdalenæ institutus, initium cepit Parisiis, opera Joannis Tifferandi ordinis Minorum S. Francisci. Is vir erat verbi divini prædicatione, ac morum probitate insignis, cumque mira in dicendo vi plurimorum, qui inveterata peccandi consuetudine obduruerunt, corda movisset, pluresque prostitutas, tam nuptas, quam inuptas ad seriam poenitentiam reduxisset, hunc ordinem instituit, ad quem omnes opitulante Dei gratia a peccatorum fordibus emersæ reciperentur. Sub primis instituti auspiciis plusquam ducentæ confluxerant, brevique temporis spatio ad frugem redeuntium numerus adeo excreverat, ut illæ, quæ ceteris prudentia eminebant, Eleemosynam per urbem colligere permitterentur, donec tota hæc familia stabili proventu sustentari posset: Id ipsum tamen non nisi anno salutis millesimo quingentesimo effectui datum. Interea Dux Aureliaensis postea sub nomine Ludovici XII. Rex Franciæ, illis pro Monasterio cessit Palatum suum prope Ecclesiam S. Eu-stachii situm, Simon vero Parisiensis Episcopus**

scopus eisdem sub regula S. Augustini ~~secul. XV.~~
militantibus Constitutiones præscripsit; A.C. 1494.
demum illæ Anno Domini milleſimo
quingenteſimo quinquagesimo voto intra
clauftra monaſterii ſe continendi obſtrin-
gebantur, atque Anno milleſimo quin-
genteſimo ſeptuagesimo ſecundo ad ve-
terem S. Maglorii Eccleſiam translatæ,
ibidem vitam sancte, pieque hodiedum
exigunt. Sub idem ferme tempus Re-
ligioſæ Virgines, quas a Beatrice Sylva
Virgine Lufitana ſub invocatione Concep-
tionis B. V. Mariæ Toleti iuſtitutas, at-
que ab Innocentio VIII. Anno Incarna-
tionis milleſimo quadringenteſimo octo-
geſimo nono ad preces Isabellæ Caſtella-
næ Reginæ approbatas memoravimus,
mortua eorum Fundatricē Regulam Or-
dinis Ciferciensis, quam primo profite-
bantur, reliquerunt, ac S. Claræ ample-
xæ fuit, ſub qua hucusque Deo con-
ſtanter ſerviunt.

§. CXXX.

Res Lufitanæ.

Diversis factionibus Lufitanæ Regnum
agitantibus, Joannes Rex impen-
dientia exinde mala veritus, vitæ fuæ fe-
curitati opportunè consulere statuit; un-
de